De Insulis inuentis

Columbus Letter



De Insulis inuentis

Epistola Cristoferi Colom (cui etas nostra multū debet: de Insulis in mari Indico nuꝑ inuētis. Ad quas perquirendas octauo antea mense: auspicijs et ere Inuictissimi Fernandi Hispaniarum Regis missus fuerat) ad Magnificum dñm Raphaelez Sanxis: eiusdē serenissimi Regis Thesaurariū missa. quam nobilis ac litterat⁹ vir Aliander d̄ Cosco: ab Hispano ydeomate in latinū conuertit: tercio kl's Maij. M.cccc.xciij. Pontificatus Alexandri Sexti Anno Primo.

Uoniam suscepte prouintie rem ꝑfectam me ɔsecutum fuisse: gratū tibi fore scio: has ɔstitui exarare: que te vniuscuiusqȝ rei in hoc nostro itinere geste inuenteqȝ admoneāt. Tricesimotertio die postq̄ Gadibus discessi: in mare Indicū perueni: vbi plurimas Insulas innumeris habitatas hominib⁹ reperi: quaꝝ oim ꝓ felicissimo Rege nostro: preconio celebrato et vexillis extensis: cōtradicente nemine possessionē accepi. primeqȝ earum: diui Saluatoris nomen imposui (cuius fret⁹ auxilio) tam ad hāc q̄ ad ceteras alias ꝑuenim⁹. Eam vero Indi




Se trouve dans le Verardi

Guanahanyn vocant. Aliaꝝ etiã vnã quanq; nouo nomine nuncupaui. Quippe aliam Insu lam Sancte Marie Cõceptiõis. aliam Fernã dinam. aliaz hysabellam. aliã Iohanam. ꝛ sic de reliquis appellari iussi. Quãprimũ i eã Insulam quã dudũ Iohanam vocari dixi appuli mus: iuxta eiꝰ littus occidentẽ versus aliquã tulum processi: tamq; eam magnã nullo reperto fine inueni: vt non insulam: sed cõtinentem Chatay prouinciã esse crediderim: nulla tamẽ vidẽs oppida municipiaue in maritimis sita cõ finibus: preter aliquos vicos ꝛ predia rustica: cum quorũ incolis loqui nequibam: quare simul ac nos videbant surripiebãt fugam. Progrediebar vltra: existimans aliquam me vrbẽ villasue inuenturum. Deniq; videns ꝙ longe admodum ꝓgressis: nihil noui emergebat: et huiusmodi via nos ad Septentrionem deferebat: ꝙ ipse fugere exoptabam: terris etenim regnabat bruma: ad austrumq; erat in voto cõtendere: nec minus venti flagitantibus succedebãt. cõstitui alios nõ operiri successus: et sic retrocedens ad portum quendaz quem signaueram sum reuersus: vnde duos hoies ex nostris in terram misi. qui inuestigarent: esset ne Rex in ea prouincia/ vrbesue alique. Hii per


Fernada
hyspana
Ysabella
Saluatorie
Conceptois
marie

tres dies ambularũt: inuenerũtq͡z innumeros populos ⁊ habitatões: paruas tñ et absq͡z vllo regimine: quapropt̃ redierũt. Interea ego iã intellexerã a q̃busdam Indis: quos ibidẽ su-sceperã: quõ hmõi prouincia: insula quidem erat. ⁊ sic perrexi orientẽ versus: ei⁹ semp̱ strin gens littora vsq͡z ad miliaria. cccxxij. vbi ipsi⁹ insule sunt extrema. hinc aliã insulã ad orien-tem prospexi: distantem ab hac Iohana milia-ribus. liiij. quã protinus Hispanam dixi: in eã-q͡z cõcessi: ⁊ direxi iter quasi p̱ Septentrionez queãdmodũ in Iohana ad orientem: miliaria dlxiiij. que dicta Iohana ⁊ alie ibidem insule q̃fertilissime existunt. Hec multis atq͡z tutissi-mis ⁊ latis: nec alijs quos vnq̃ viderim cõpa-randis portib⁹: est circũdata. multi maximi ⁊ salubres hanc interfluũt fluuij. multi quoq͡z et emmẽtissimi in ea sunt montes. Omnes he insu le sunt pulcerrime ⁊ varijs distincte figuris: p̱-uie: ⁊ maxima arbo᷑ varietate sidera lamben tiũ plene: q̃s nũq̃ folijs priuari credo: quip-pe vidi eas ita virẽtes atq͡z decoras: ceu mẽse Maio ĩ hispania solẽt eẽ: q᷑ alie florẽtes: alie fructuose: alie ĩ alio statu: ẜm vniuscuiusq͡z q̃li tatẽ vigebãt: garriebat philomena: ⁊ alij passe res varij ac inumeri: mẽse Nouẽbris q̃ ip̃e per eas deambulabã. Sunt p̃terea in dicta insula

Iohana septē vel octo palmaꝝ genera: q̄ ꝓce
ritate ꝛ pulchritudīe (quēadmodū cetere oēs
arbores/herbe/fructusq̧) nr̄as facile exuperāt
Sūt ꝛ mirabiles pin⁹/agri/ꝛ prata vastissima/
varie aues/varie mella/variaq̧ metalla: ferro
excepto. In ea aūt quā hispanā supra dixim⁹
nūcupari: maximi sunt mōtes ac pulcri: vasta
rura/nemora/ campi feracissimi/seri/ pacisq̧ ꝛ.
cōdendis edificijs aptissimi. Portuū in hac in
sula cōmoditas: ꝛ p̄stantia fluminū copia salu
britate admixta hoīm: q̄ nisi quis viderit: cre-
dulitatē supat. Huius arbores pascua ꝛ fruct⁹
multum ab illis Iohane differūt. Hec p̄terea
Hispana diuerso aromatis genere/ auro/ me-
tallisq̧ abundat. cui⁹ quidē ꝛ oīm aliaꝝ quas
ego vidi: ꝛ quaꝝ cognitionē habeo: īcole vtri
usq̧ sexus nudi semp incedūt: quēadmodum
edunt in lucem. preter aliquas feminas. q̄ fo-
lio frondeue aliq̄: aut bombicino velo: pudē-
da operiūt: qd ip̄e sibi ad id negocij parāt. Ca
rent hi oēs (vt supra dixi) quocunq̧ genere
ferri. carent ꝛ armis: vtpote sibi ignotis nec ad
ea sūt apti. nō ꝓpt corpis deformitatē (cū sint
bn̄ formati) sꝫ qꝛ sūt timidi ac pleni formidine.
gestāt tn̄ ꝓ armis arūdines sole pustas: ī quaꝝ
radicib⁹ hastile qddā ligneū siccū ꝛ in mucro
nē attenuatū figūt: neq̧ his audēt iugit vti: nā


Oceanica Classis

sepe euenit cũ miserim duos vel tris homines ex meis ad aliquas villas: vt cũ eaꝝ loquerẽtur incolis: exijsse agmẽ glomeratũ ex Indis: et vbi nostros appropinquare videbãt: fugam celeriter arripuisse: desp̄retis a patre liberis ⁊ ecõtra. ⁊ hoc nõ ꝙ cuipiam eorũ damnũ aliqđ vel iniuria illata fuerit: immo ad quoscũqꝫ appuli ⁊ q̃bus cũ verbũ facere potui: quicqd habebã sum elargit⁹: pannũ aliaqꝫ ꝑmulta: nulla mihi facta versura: sed sunt natura pauidi ac timidi. Ceteꝝ vbi se cernũt tutos: oĩ metu repulso: sunt admodũ simplices ac bone fidei: ⁊ in oĩbus que habent liberalissimi: roganti ꝙ possidet inficiaꝶ nemo: quin ipsi nos ad id poscendum inuitãt. Maximũ erga oẽs amorẽ p̄seferũt: dãt queqꝫ magna ꝓ paruis. minima lꝫ re nihilque ꝯtenti: ego atm̃ ꝓhibui ne tam minima ⁊ nulli⁹ p̄cij hisce darenꝶ: vt sunt lancis/ parapsidis/ vitriqꝫ fragmẽta/ jtez claui/ ligule/ quanq̃ꝫ si hoc poterãt adipisci: videbaꝶ eis pulcerrima mũdi possidere iocalia. Accidit enim quẽdam nauitã: tantũ auri pondus habuisse ꝓ vna ligula: quãti sũt tres aurei solidi: ⁊ sic alios ꝓ alijs minoris p̄cij: p̄ſtim ꝓ blanquis nouis: ⁊ q̃busdã nũmis aureis: ꝓ q̃b⁹ habẽdis dabãt q̃cq̃d petebat vẽditor: puta vnciã cũ dimidia ⁊ duas auri: vꝉ trigĩta ⁊ q̃dragĩta bombici

pondo: quã ip̄i iã nouerãt. jtẽ arcuum/amphoɼ
re/hydrie/dolijq̄ fragmẽta: bombice ⁊ auro tã
q̄ bestie cõparabãt. qđ quia iniquũ sane erat:
vetui: dediq̄ eis multa pulcra ⁊ grata q̄ mecũ
tulerã nullo īteruenīẽte p̄mio: vt eos mihi fa=
cili⁹ ↄciliarẽ: fierẽtq̄ xp̄icole: ⁊ vt sint proni in
amorẽ erga Regẽ Reginã principesq̄ nostros
et vniuersas gẽtes Hispanie: ac studeãt pq̄re=
re ⁊ coaceruare: eaq̄ nobis tradere q̄b⁹ ip̄i af=
fluũt ⁊ nos magnope īdigem⁹. Nullã hij norũt
ydolatriã: īmo firmissime credũt oẽz vim: oẽz
potẽtiã: oīa deniq̄ bona esse ī celo: meq̄ inde
cũ his nauib⁹ ⁊ nautis descẽdisse: atq̄ h aīo vbi
fui susceptus postq̄ metũ repulerãt. Nec sunt
segnes aut rudes: quin summi ac p̄spicacis in=
genij: ⁊ hoies qui transfretãt mare illđ: nõ sine
admiratiõe vniuscuiusq̄ rei rationẽ reddunt:
sed nũq̄ viderunt gentes vestitas: neq̄ naues
hmõi. Ego statim atq̄ ad mare illđ p̄ueni: e pri
ma insula quosdã Indos violenter arripui: q̄
ediscerẽt a nobis: ⁊ nos pariter docerent ea: q̄ p̄
ipsi in hisce partibus cognitionẽ habebant. et
ex voto successit: nã breui nos ip̄os: ⁊ hij nos:
tum gestu ac signis: tum verbis intellexerunt.
magnoq̄ nobis fuere emolumẽto. veniunt mõ
mecũ tñ qui semp̄ putant me desiluisse e celo
q̄uis diu nobiscũ versati fuerint hodieq̄ ver=

sent. ꝛ hi erant primi: q̄ id quocūqꝫ appellaba
mus nunciabāt: alij deinceps alijs elata voce
dicētes. Venite venite ꝛ videbitis gētes ethe
reas. Quāobrē tā femīe ꝙ̄ viri: tā impuberes
ꝙ̄ adulti: tam iuuenes ꝙ̄ senes: ḋposita formi
dine paulo ante ꝯcepta: nos certatim visebāt
magna iter stipāte caterua alijs cibū/ alijs po
tum afferentib⁹: maxīo cū amore ac beniuolē=
tia incredibili. Habꝫ vnaqueqꝫ insula multas
scaphas solidi ligni: ꝛ si angustas: longitudine
tñ ac forma nostris biremib⁹ similes: cursu aūt
velociores. Regunt remis tantūmodo. Harū
quedā sunt magne: quedā parue: quedā ī me=
dio ꝯsistunt. Plures tamē biremi que remigēt
duodeuiginti transtris maiores: cū qb⁹ in oēs
illas insulas: que innumere sunt: traijcit. cūqꝫ
his suā mercaturā exercēt: et inter eos comer=
tia fiunt. Aliquas ego harū biremium seu sca=
pharū: vidi q̄ vehebāt septuaginta ꝛ octuagin
ta remiges. In omnib⁹ his insulis nulla est di=
uersitas inter gentis effigies. nulla in moribus
atqꝫ loquela: quin oēs se intelligūt adinuicē:
que res ꝑutilis est ad id qđ serenissimū Regē
nostrū exoptare precipue reor: scꝫ eoꝝ ad san
ctam xp̄i fidem ꝯuersionē. cui quidē quantum
ītelligere potui facilimi sunt ꝛ ꝓni. Dixi quē=

admodũ sum ꝓgressus antea insulã Iohanaꝫ
ꝑ rectũ tramiteꝫ occasus in orientem miliaria
cccxxij. ſm quã viã ⁊ interuallũ itineris possum
dicere hãc Iohanã esse maiorẽ Anglia ⁊ Sco
tia simul: nanqꝫ vltra dicta. cccxxij. passuũ milia:
in ea pte q̃ ad occidentẽ ꝓspectat: due: quas
non petij: supsunt ꝓuincie: quaꝝ alterã Indi
Anan vocãt: cuiꝰ accole caudati nascunt̃. Tẽ
dunt̃ in longitudinem ad miliaria. clxxx. vt ab
his q̃s veho mecũ Indis ꝑcepi: qui oĩs has
callẽt insulas. Hispane vero ambitꝰ maior est
tota Hispania a cologna vsqꝫ ad fontẽ rabidũ
Hincqꝫ facile arguit̃ ꝙ quartũ eiꝰ latꝰ qđ ipe
ꝑ rectã lineã occidentis in orientẽ traieci: mili
aria ꝯtinet. dxl. Hec insula ẽ affectãda ⁊ affe-
ctata nõ spernẽda in qua ⁊ si aliaꝝ oĩm vt dixi
ꝓ inuictissimo Rege nr̃o solenniter possessio-
nem accepi: earũqꝫ imperiũ dicto Regi peni-
tus cõmittit̃: i opportuniori tñ loco: atqꝫ oĩ lu
cro ⁊ cõmertio ꝯdecenti: cuiusdã magne ville:
cui Natiuitatis dñi nomẽ dedimꝰ: possessionẽ
peculiariter accepi. ibiqꝫ arcem quandaꝫ eri-
gere extemplo iussi: que modo iam debet esse
pacta: in qua hoies qui necessarij sunt visi: cũ
oĩ armoꝝ genere: ⁊ vltra annũ victu opportu
no reliq̃. Itẽ quãdã carauellã: ⁊ ꝓ alijs ꝯstruẽ
dis tã i hac arte q̃ꝫ in ceteri peritos: ac eiusdẽ

Insula hyspana.

insule Regis erga nos beniuolentiã ꝛ familia
ritatẽ incredibilẽ. Sũt eñ gẽtes ille amabiles
admodũ ꝛ benigne: eo ꝙ Rex pdictus me fra
trem suum dici gloriabat. Et si animũ reuoca
rent: ꝛ his q̃ ĩ arce manserũt nocere velint: ne
queũt: quia armis carẽt: nudi ĩcedũt: ꝛ nimiũ
timidi. ideo dictã arcem tenẽtes: dũtaxat pñt
totã eã insulã nullo sibi imminente discrimine
(dũmodo leges quas dedimꝰ ac regimẽ nõ ex
cedãt) facile detinere. In oĩbꝰ his insulis vt
intellexi: quisqꝫ vni tñ ꝯiugi acquiescit: pter
principes aut reges: q̃bus viginti habere licꝫ.
Femine magis q̃ꝫ viri laborare vident: nec be
ne potui intelligere an habeãt bona ppria: vi
di eñ q̃d vnꝰ habebat aliis ĩpartiri: pſtim da
pes/ obsonia/ ꝛ hmõi. Nullũ apd eos monstꝝ
reperi: vt pleriqꝫ existimabant: sed hoĩes ma-
gne reuerẽtie atqꝫ benignos. Nec sunt nigri ve
lut ethiopes. habẽt crines planos ac demissos
nõ degunt vbi radiorũ solaris emicat calor. p
magna nãqꝫ hic est solis vehementia: ppterea
ꝙ ab eq̃noctiali linea distat. vbi videtur/ gra-
dus sex ꝛ viginti Ex montiũ cacuminibꝰ ma-
ximũ q̃ꝫ viget frigꝰ: sꝫ id q̃dem modetant In-
di: tũ loci ꝯsuetudie: tũ rerꝝ calidissimarꝝ q̃bꝰ
freq̃ẽter ꝛ luxuriose vescunt presidio. Itaqꝫ
mõstra aliq̃ nõ vidi: neqꝫ eorꝝ alicubi habui co

gnitionem: excepta quadaȝ insula Charis nū-
cupata: que secunda ex Hispana in Indiam
transfretātibus existit. quam gens quedam a
finitimis habita ferocior incolit. hi carne hu-
mana vescunt. Habent predicti biremiū gene
ra plurima: quibus in omnes Indicas insulas
traijciunt/depredāt/surripiūtq̧ quecūq̧ pōt.
Nihil ab alijs differunt nisi q̧ gerunt more fe-
mineo longos crines. vtunt arcub⁹ et spiculis
arundineis: fixis (vt diximus) in grossiori pte at
tenuatis hastilib⁹. ideoq̧ habēt feroces: qua-
re ceteri Indi inexhausto metu plectuntur: sȝ
hos ego nihili facio plus q̄ alios. Hi sunt qui
coeunt cum quibusdam feminis: que sole insu
lam Mateunin primā ex Hispana in Indiam
traijcientib⁹ habitant. He autē femine nulluȝ
sui sexus opus exercent: vtunt em̄ arcub⁹ et spi
cul' sicuti d' eaꝝ piugib⁹ dixi muniūt: sese lami
nis eneis q̄ꝝ maxia apd' eas copia existit. Ali
am mihi insulā affirmant supradicta Hispana
maiorē: ei⁹ incole carēt pilis. auroq̧ int' alias
potissimū exuberat. Hui⁹ insule et aliaꝝ q̄s vi
di hoīes mecū porto: q̄ hoꝝ q̄ dixi testimoniū
phibēt. Deniq̧ vt nr̄i discessus et celeris reuer
sioīs cōpēdiū: ac emolumētū breuib⁹ astringā
h' polliceor: me nr̄is Regib⁹ inuictissimis puo
eoꝝ fultū auxilio: tantū auri datuꝝ quantum

eis fuerit opus. tm̄ vero aromatū. bombicis. masticis (q̄ apud Chium dūtaxat inuenit) tantūq3 ligni aloes. tantum ẜuoꝝ hydrophilatorum: quantū eorū maiestas voluerit exigere. item reubarbarū ⁊ alia aromatū genera: q̄ hi quos in dicta arce reliqui iā inuenisse: atq3 inuenturos existimo. qn̄quidem ego nullibi magis sum moratus nisi quantū me coegerūt vēti: preterq̄ꝫ in villa Natiuitatis: dū arcem condere ⁊ tuta om̄ia esse prouidi. Que ⁊ si maxia et inaudita sunt: multo tamē maiora forent si naues mihi vt ratio exigit subuenissent. Verꝫ multū ac mirabile hoc: nec nostris meritis correspondēs: sed sancte Christiane fidei: nostrorumq3 Regū pietati ac religioni: quia qđ humanus cōsequi nō poterat intellectus: id hūanis concessit diuinus. Solet em̄ deus ẜuos suos: quiq3 sua p̄cepta diligūt: etiā i impossibilibus exaudire: vt nobis i p̄ntia ꝯtigit: q̄ ea ꝯsecuti sumꝰ: q̄ hactenꝰ mortaliū vires mīme attigerāt. nā si haꝝ insulaꝝ q̄piā aliq̄d scꝑserīt aut locuti sūt: oēs ꝑ ambages ⁊ ꝯiecturas nemo se eas vidisse asserit: vn̄ ꝑpe videbat̄ fabula. Igitur Rex ⁊ Regina ꝑ̄ncipes ac eoꝝ regna felicissima: cūcteq3 alie Christianoꝝ ꝓuincie Saluatori dn̄o nr̄o Jesu xp̄o agamꝰ gr̄as: q̄ tāta nos victoria munereq3 donauit: celebrēt̄ ꝓcessiōes

peragant solennia sacra. festaq3 fronde velent delubra. Exultet Christus in terris: quemadmodū in celis exultat: cum tot populorum pditas anteā hac animas saluatum iri preuidet. Letemur & nos: tū ppter exaltationē nostre fidei. tum ppter rerū temporaliū incremēta: quorū nō solū Hispania sed vniuersa Christianitas est futura pticeps. Hec vt gesta sunt sic breuiter enarrata. Uale. Ulisbone pridie ydus Marcij.

Cristoforus Colom Oceane classis Prefectus.

Epigrama. R. L. de Corbaria Episcopi Montispalusij
Ad Inuictissimū Regē Hispaniarū

Iam nulla Hispanis tellus addēda triūphis:
Atq3 parum tantis viribus orbis erat.
Nunc longe Eois regio deprensa sub vndis.
Auctura est titulos Betice magne tuos.
Unde repertori merito referenda Colūbo
Gratia: sz summo est maior habēda deo:
Qui vincēda parat noua regna tibiq3 sibiq3:
Teq3 simul fortem prestat & esse pium.



Bot. 4/15/53 Parke-Burnet Auction,
N. Y. ($5.00) Lot #229, Stetson
Collection. (One of 8 for $5.00) .65